



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae Historiae Decas Prima

Martini, Martino

Monachii, 1658

Decimusquartus Imperator Zutingus. Imperavit annis XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11848

DECIMUS QUARTUS IMPERATOR
ZUTINGUS.

Imperavit annis XXXII.

*Cyclo 21. anno
33. ante Chri-
stum 1464.*

ZUSINI Imperatoris filius secundò genitus, VOKIAI nepos, eum patruo regnante se præbuit, ut ab ipsomet quamvis sine spe mutæ pietatis, & prærepto per vim imperio haud dubiè infensus adhuc ipsi, tamen diligeretur. Tanta vis est virtutis, ut etiam hostes, qui cum dissimulantur injuriæ, saepe pejores fiunt, alliciat ad diligendum. Solers & ad futura prospicienda sagax, ita suis rebus moderabatur, ut patruo mortuo mollis ei esset ad imperium accessus, sine vi, sine armis solo, uti dictum, filio ejus excluso. Illud quâ prudentiâ est adeptus, eâdem ad finem usque retinuit; summæ moderationis exemplum posteritati relinquens. Nam cum filio dare aditum posset ad successionem; procerum judicio permisit, facerent quod è republ. ducerent esse. Quo illi præterito NANKENGUM VOKIAI filium ad imperium ab exilio arcessivere.

DECIMUS QUINTUS IMPERATOR.

NANKENGUS.

Imperavit annis XXV.

*Cyclo 22. anno
5. ante Chri-
stum 1433.*

Quanquam non caruit turbis ea successio; cum magistratus NANKENGUM retinerent, præfecti ex adverso NANKENGI filium mallent. Et discordia in bellum exijt; in quo factio, quæ pro NANKENGO decernebat, superior fuit.

DECI-